

iure quidem in questione ea genus, qua rei uis & natura que ritur, dicitur: quippe quod materia ratione aliqua respon deat: differentia autem in ea quae quidq; sit indagatur, quippe qua specie proportione dicatur.

C O M M V N I S Q V E & qui species est, communis; deit ho mines uniuersi.

E T Q V I species est id est singuli homines:

D E S C R I B V N T autem hoc etiam modo differentiam, Differentia est, quod natum est levigare ea, que sub eo dem genero continentur? Nam rationis particeps & mortale, cum accessit, hominem ab equo separavit.

N O N Q V O D L I B E T eorū quae secernunt ea quae sub eodem genere collocantur? Id est, non differentia quavis, nec vulgaris, nec propria, nec federe, nec stare, aut sumum, aut adunca naribus esse, distinguunt: sed que propria maxime est, ut mentis & scientiarum esse capacem. Id enim in solo homine est. Quandoquidem nec Deo, utpote qui omni si sit cognitione praestantior, nec beluis illius coenunt: itemq; non huius aut illius scientia, neque Grammatica solius, sed omnium.

S E D quod ad eius & naturam aperiendam pertinet. *¶* *¶* *¶* *¶* *¶* *¶* Id est, Q uod ad essentiam eiusq; definitionem co ferat. Nam nō id est definitionem Philosophi appellant, quemadmodum apud grammaticos ades domum significant, siquidem definitio uim & naturam rei cuiusque explicat. Q uod ergo pars definitionis est, id ipsum secernit. Quippe mentis & scientiarum capacem esse, è definitionis partibus una est, ob eamq; causam hominem ad reliquias hæc differentia distinguit.

N E Q V E enim natum esse ad nauigandum hominis est differentia? Nauigare, natura non innuit, ac supra aquam ferri (nani) ex pacto & belua, & quae sine animis sunt, apta esse ad nauigandum dicerentur? sed naues remorum motu impellere: id enim homini est proprium. Cæterum non ex eo homo insignitur: alioqui qui nauibus non uterentur, homines non essent.

## D E P R O P R I O.

**P** R O P R I U M uerò quadripartitò diuidunt. Nam & quod solum aliqui speciei, neque toti accedit, ut homini mederi, vel Geometri & fungi munere, proprium dicuntur: & quod toti speciei, non uni tamen, ut homini bipedem esse: & quod in solam speciem cedit, eamq; totam & aliquando: ut in hominem, in senectute canescere. Quartum autem, quò & solum & omne, & semper concurrunt: ut in hominem, aptum esse ad risum. Nam esti non semper ridet, tamen aptus ad risum dicitur: non quod iam rideat, sed quod adridendum aptus sit. hoc enim homini semper conuenit, ut equo huius. Hæc autem uerè propria appellant, quia eiam reciprocantur. Siquid enim equus sit, huius est: & siquid huius est, equus.

Absoluta differentia explicatione, de Proprio deinceps differit, nam id iuxta constitutum ordinem legebatur. Posteaquam enim de naturalibus fatis ediferitur, de iis qui naturam comitantur, necessaria fuit disputandum. Itaque incipit, à proprio, ut pote quod cum essentia communione quidam & societate coniungatur. Nam proprio cum naturalibus hoc commune est, quidq; que propria uerè censem, in sola, totaq; specie, ac semper, ut illa intelliguntur. Nam & illa iis totis & semper conuenient, in quibus sepperintur. Præterea hoc enim proprium cum accidensibus communis habet, quod quemadmodum illa à subiecto intelligentia secernuntur, sic proprium ratione potest à re sibi subiecta separari. Porro præceptionis rationem eandem secutus, primū eius significaciones persequitur, atque ita demū exponi, de qua apud Philosophos oratio sit. Proprii ergo quadripartitam quodammodo divisionem tradit, dicitq; hoc modo, Propriū aut in unam aliquam solum speciem cadit, aut nō in unam.

A scī in unā quidem, aut in ea tota reperitur, aut non in tota. Et si non uni rufum conuenit, aut in omnem, aut non in omnem cadit: aut semper, aut non semper. Atque huiusmodi quidem diuisit. Vna igitur est, eaq; prima Propriū significatio, quod in unam aliquam cadit speciem, eti non totam, ut in hominem mederi, Philosophari, Astronomi, & Geometri fungi munere, itemq; cætera eiusdem generis. Secunda, quod toti speciei, eti non solum, congruit, uelut homini bipede esse. Nam id in totum quidem hominem, non solum tam, cadit: uolucribus enim animalibus illud esse bipede reperitur. Tertia, quod in sola totaq; specie, at non semper, sed interdum reperitur, ut in homine in senectute canescere. Nam id in hominem quidem totum ac solum cadit, sed nō semper canis homo obducitur, uerū in senectute. Quarta, id in quod hæc omnia concurrunt & conuenient, quod in una, totaq; specie, & utique intelligitur, ut in homine animalium appetum ad risum habere, in equo, natum ad hinnitum esse, in canem appetum esse ad latrum, horum uero unum quoque ex potestate, non auctu, nomen inuenit. Non enim quod aut ris deat, aut hinnitum exerceat, natum ad risum aliiquid & ad hinnitum aliud dicunt, sed quod semper animalium appetum habeat ad risum, aut ad hinnitum. Hoc enim proprium maximè appellat, quod ad totam speciem, & ad solam, & semper accommodatur. Quamobrem Porphyrius reliquis est significationibus abusus, & (ut patet absoluam) propriū quod patet latius accepit, idq; quatuor in partes distribuit. Cum sint igitur oppositionum genera quatuor, è quibus propriū sunt significaciones deducit, ut inter se coniunctis longe plus res extorquent, ex quibus constituta quadam, aliae uero minime, quemadmodum ex hac descriptione intelligi licet.

Vnam & totam. Non unam & totam.

Quod cadit Vnam & si non tota. Non unam & semper, in speciem Vnam & semper. Non unam & non tota.

Vnam & interdum. Non unā & non semp.

In eo autem ipso semper infinita sunt quatuor. Porro cum infinita facultatem opportunitatemque quandam designavit, non autem actionem. Quāquam enim non ridemus semper, ridentes tamen dicimus semper, nō ab actu quidem, sed ab illa facultate, quam à natura acceptam nunquam depositum. Nam & ridere semper possumus, & animalium ad risum aptum semper habemus. Quocirca non proinde natū ad risum esse dicimus, quidē rideamus perpetuo, aliud quippe ridere est, atq; aliud ad risum aptum esse, itemq; aliud hincire, & natum esse ad hinnitum.

## D E A C C I D E N T E.

**C** I D E N S autem est, quod adest & abest, præter subiecti interitum. Quod in duas partes distribuendum est. Alterum enim separari potest, alterum non potest. Ac dormire quidem à subiecto secernitur: atrum autem esse sic coruo & Astropi conuenit, separari, ut non possit. Potest autem & corvus albus, & Astrops abietio colore salvo subiecto intelligi. Definiunt autem illud etiam hoc modo, Accidens est quod potest eadem in re inesse & non inesse: quodq; neque genus est, neque differentia, neque proprium, & semper in re subiecta inhaeret. Sed quoniam de iis omnibus dictum est, que preposita nobis erant (de genere inquam specie, differentia, proprio, & accidente) deinceps quid his ipsiis communis sit, quidq; proprium, disputandum est.

Expositis iis omnibus que nobis proposita erant ad dividendum, quoniam sequi deinceps accidens uidetur, restat ut de eo ipso differendum esse videatur. In quo primo illud intelligendum est, eum non iuxta præceptionem confutam id explicare. In reliquis enim uocibus tradendis principiū uarias earum significaciones est perfectus, tumq; de qua Philosophi loquerentur ostendit: hoc uero loco id nō agit, sed accidentis confessum descriptionem auspicatur, intelligens